due ultime pro una accipiende sunt. Sub Anthioco facta tribulatio comparatur illi, que erit[a] sub Antichristo[a]. Sic aperta sunt signacula, id est intelligitur quid[b] fuit[c] significatum per illa.

<4.>

Prima pars Apocalipsis agit de septem ecclesiis; secunda de septem signaculis; tertia de septem angelis tubis[d] canentibus; quarta de muliere amicta sole et de partu[e] eius; quinta de angelis de templo egressis cum fialis iracundie Dei; sexta de ruina Babilonis et de prelio Christi[f] et Helie[g] et[h] pseudoprophetis, postremo[i] de absolutione diaboli[i]; septima[j] de iudicio.

Primum significat[k] conflictum pastorum; secundum martyrum; tertium doctorum; quartum virginum; quintum spiritualium virorum; sextum[l] contra scelera[m] mundi conflictum[n]; septimum[o] contra Babilonem[p].

---

a-a) sub Antichristo erit V_4 b) quod α c) fuerit Z d) tuba P_{10} e) *korr. aus* partibus P_{10}, partibus Z f) Antichristi V_4 g) hodie P_5 h) *fehlt* P_5 i-i) *fehlt* V_4 j) septimo $P_{10}P_5$ k) fig(ur)e Z l) *fehlt* α m) secundi α n) conflictus $P_{10}P_5$ o) sextum α p) *folgt* Explicit. V_4